VI.

Burggraf Friedrich eignet dem Spital zu Hof eine Badstube daselbst.

28. April 1363.

Wir *Graf Friederich* von Gottes Gnaden, *Burggraf zu Nurrenberg* vnd Heinrich von Weida der Elter, bekennen offentlich mit diesem Brieue, dass wir eintrechtiglich vnd mit rath, und sonderlich durch Gott haben geeignet, und eignen die Badstuben zum *Hof* vor der stadt gelegen, bey der Spital-Mül, demselben Spital, gelegen vor der vorgenandten stadt zum Hof, darum dass den armen Leuten auss demselben Spital gütlichen geschehen scholl, mit der Bescheidenheit, dass die obgenandte Stube besetzt sey und werde, und auch andere Gewonheit darinnen gehalten werde, die von alter herkommen ist, Ohn gefehrd und ohne argelist. Vnd darum geben wir diesen offenen Brieve, befestet mit vnserem anhangenden Insiegel, der geben ward do man zalt von Christi geburth unsers Herren 1300 Jar und darnach im 63 Jahre, am nechsten Freitag vor Walpurgis.

Mencken Ser. Rer. Germ. III. p. 677 sq.

VII.

Der Bischof von Bamberg bestätigt dem Kloster Culmbach die ihm von Burggraf Johann II. incorporirte Pfarrei Untersteinach.

2. Juli 1363.

Leupoldus dei gracia Episcopus Bambergensis venerabilibus viris religiosis fratribus in cristo dilectis, priori et Conuentui Domus In Culmach ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, nostre diocesis, salutem in eo qui est omnium vera salus. Dum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit racionis, vt id pro solicitudine pastoralis nostri officii ad debitum perducatur effectum. Sane peticio vestra nobis exhibita continebat, quod *nobilis Comes quondam dominus Johannes Burggrauius Nurenbergensis, felicis recordacionis,* pro se ac suis heredibus vniuersis, presentibus et futuris, cupiens terrena pro celestibus et transitoria in eterna felici commercio commutare, Iuspatronatus parochialis ecclesie in *Nidernsteinach,* nostre diocesis, ad ipsum et suos heredes, ut premittitur, pleno iure pertinens, vobis et

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

domui vestre predictis In Culmach, diuine pietatis intuitu, necnon ob anime sue suorumque parentum animarum salibre (sic!) remedium, contulit, tradidit ac libere cum omnibus suis pertinenciis vero donacionis týtulo assignauit, prout in patentibus literis super eo confectis et publice sigillatis predicti Comitis plenius continetur;*) In qua quidem peticione nobis humiliter supplicare curastis, quod huiusmodi parochialem ecclesiam in Nidernsteinach, vobis et domui vestre predictis, vt premittitur, libere condonatam, incorporare, vnire ac annectere dignaremur. Nos itaque, vestris piis supplicacionibus fauorabiliter inclinati, auctoritate nostra ordinaria, eciam ad hoc accedente consensu vnanimi et libera voluntate honorabilium nobis in cristo dilectorum Friderici decani tociusque nostri Capituli Bambergensis, in dei nomine ac presentis scripti patrocinio, predictam parochialem ecclesiam In nidersteinach, cum omnibus suis juribus, reditibus, fructibus, prouentibus et pertinenciis, vobis vestreque domui sepedictis incorporamus, perpetuo annectimus et vnimus; Tali tamen conditione adiecta, quod per vos et vestros quosslibet successores debeatur presbiter secularis et ÿdoneus pro perpetuo vicario ad sepedictam parochialem ecclesiam, quociens eciam eandem vacare contigerit, nobis nostrisque successoribus Episcopis ecclesie Bambergensis, sine qualibet contradictione, ac tempore debito a iure statuto, vtique presentari, Cui congruam porcionem, tamquam vicario, ut prefertur, limitari volumus et debemus, Necnon, prout nobis expedire videbitur, assignare vnde comode sustentari, hospitalitatem seruare, episcopalia iura et kathedralia pro archidiaconis persoluere, ac alia onera huiusmodi incumbentia valeat supportare, Ipseque vicarius suique successores, per vos taliter ut premittitur presentandi, nobis et nostris successoribus perpetuo, quoad institucionem per nos faciendam et introduccionem corporalem per loci archidiaconum impendendam, sicut et alii rectores, vicarii et ceteri clerici nostre diocesis parebunt, obedire debebunt ea reuerencia obuia, qua licitum fuerit et honestum. In quorum omnium euidens testimonium, presentes dedimus literas sigilli nostri maioris apensi munimine roboratas. Nosque Fridericus Dei gracia totumque Capitulum ecclesie Bambergensis predicte recognoscimus, omnia et singula predicta de nostro libero et expresso consensu et beneplacito voluntario fore facta, Ad quorum eciam maiorem euidenciam et certitudinem pleniorem sigillum nostri Capituli cum sigillo reuerendi in cristo patris ac domini, domini nostri Lupoldi Bambergensis episcopi predicti, presentibus est appensum. Datum et actum Bamberge, anno domini Milesimo trecentesimo sexagesimo tercio, in die beatorum martirum processi et Martiniani.

Herrschaftsbuch des Burggrafthums Nürnberg.

*) Vergl. T. III. Nr. CXLVI.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf